Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

quasi oues erraumus unusq̃q; in uiam suam declinauit et dñs posuit in
eo iniquitates omniũ nrũ. Oblatus est qr ipe uoluit et non aperuit
os suũ. Sicut ouis ad occisionem ductus e et qsi agnus coram tondente
se obmutuit et non aperuit os suũ. In humilitate iudicium eius sublatus e
generationem eius quis enarrabit. Quia abscisus est de terra viuentium
Propter scelus plebis mei percussi eum et dabit impios pro sepultura et diuitem
pro morte sua eo quod iniquitatem non fecerit nec dolus fuerit in ore eius
et dñs uoluit eum conterere infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam
videbit semen longeuum et uoluntas dñi in manu eius dirigetur. Eo qd
tradidit in morte animam suam et cum sceleratis reputatus est. Ipse peccata
multorum tulit et pro transgressoribus rogauit ut non perirent. Dicit dñs
opc. Trac. Domine exaudi orationem meam et clamor meus ad te veniat. V.
Ne auertas faciem tuam a me in quacumq; die tribulor inclina ad me aurem tuam. V.
In quacumq; die inuocauero te velociter exaudi me. V. Quia defecerunt sicut fumus di
ei mei et ossa mea sicut in fuxorio arefacta sunt. V. Percussus fui sicut fenum et aruit
cor meum qr oblitus sum manducare panem meum. V. Inexcursens dñe miserebis
syon quia uenit tempus miserendi eius. Passio dñi nri ihu xpi secundum
Mathem. Hyemquabat dies lucam. Sla t dñe nõ dicebat
festus azimorum qui dicitur pascha et querebant principes sacerdotum et scribe
quomodo ihsum interficerent. Timebant uero plebem. Intrauit autem sathanas
in iudam qui cognominabatur scariothim unum de duodecim et abiit et locutus
est cum principibus sacerdotum et magistratibus quemadmodum illum traderet
eis et gauisi sunt et pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et
querebat opportunitatem quomodo illum traderet sine turbis. Venit autem dies
azimorum in qua necesse erat occidi pascha et misit petrum et iohem dicens. Euntes
parate nobis pascha ut manducemus. At illi dixerunt. Vbi uis paremus
et dixit ad eos. Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem occurret uobis homo